



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

21 Filius presbiteri in ecclesia, vbi pater beneficiarius est, nullo modo, etiam tanquam aduena ministrare potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

nē, cui ipse adhæret, esse veram, absolueri potest, quoties penitentem vel auctoritate, vel ratione contraria probabili, niti videt; vel etiam si probabiliter credit, quod illa sua admonitione nihil aliud efficiet, quam quod odiosam apud doctos confessionem reddet, aut quod penitēs non emendabitur.

DECISIO XVI. Dub. 13.

16 **Q**ui multa beneficia diuisa in titulum, quorum vnum suo statui decenti sufficit, sine dispensatione, vel consuetudine, possidet, mortaliter peccat. ca. Conquerentem, de cler. non resid. & gloss. in c. dudum 2. de elect. S. Thom. Quidl. 8 art. 19. & Quidl. 9 art. 19. & Nau. in Man. c. 25. nu. 125. Quamuis enim multa habere possit si legitime venita, aut annexa fuerint, c. vno. 10. q. 3. & c. extirpanda, §. qui vero. de preben. non tamen si sint diuisa: sicut etiam vnum in titulum, & aliud ad tempus commendatum ad sex menses tantum, si sit ecclesia parochialis, habere potest; c. Nemo, de elec. in 6. non tamen retinere potest vnu in titulum, & aliud commendatum in perpetuum, cum huius eadem ratio sit, que de dato ad titulum est. Cardin. Alex. in c. cum autem, distinct. 44. lo. Maior. 4. d. 24. q. 13. Nec tamen semper illicitum est duo beneficia habere, nisi iuste quis duo beneficia retinere potest residentiam personalem non requirunt, quorum alterum non sufficit ad honestam sustentationem, etiam absque vlla dispensatione ex Conc. Tri. sess. 24. c. 17. de reform. Ex dispensatione autem & consuetudine iusta (que non minus valet quam dispensatio) etiam plura beneficia personalem residentiam requirunt, iusta causa sine peccato haberi possunt.

DECISIO XVII.

17 **P**lura beneficia tenere sua natura non adeo in aliu est, vt per circumstantiam aliquam iustificari non possit; nec etiam adeo indifferens est, vt sine aliqua circumstantia iustificari liceat, sed omnino necessaria est aliqua circumstantia, que sufficit ad tollendū deformitatem, qua ipsa multitudo beneficiorū præ se fert; ex S. Tho. Quidl. 9. ar. 15. Talis autem est circumstantia eius, cui attenda personæ suæ qualitate, non sufficit vnum beneficium ad honeste, decenterque viuendum talibus, puta, quia in eo est nobilitas animi virtus. Nobilitas, aut scientia c. de multa. de preben. Item tamen prudentia, sagacitas, & industria aliquid, vt speretur plura eis, quibus præest, profuturus, etiam absens, quam communiter alius præsens, & potius illa sumit propter utilitatem beneficiorum aut subditorum quæ propriam. Innoc. in cap. iam dudum. de preb. Talis etiam circumstantia est defectus aliorum idoneorum. Host. in c. graue, de preb.

DECISIO XVIII. Dub. 14.

18 **E**piscopus in locis, in quibus habetur consuetudo præscripta, vt lapsi etiam ob heresim, vel schisma, per Episcopos reconcilientur, non obstantibus iuribus illa consuetudine antiquioribus, c. si lapsi, & c. minor. d. 50. & c. de lapsis, 16. q. 6. sic peccantes, reconciliare possunt, cum iura humana, consuetudine contraria, legitime præscripta tolli possint c. fin. de consuetud. Sin vero canones noui, vel Bullæ denegantes Episcopis huiusmodi facultatem reconciliandi, illis in locis recepti sint, nec per consuetudinem legitime abrogati, necessario seruandi sunt; vnde in excommunicationes, & irregularitates reseruatæ Papæ ab ipsomet, vel eius Legato, vel in id delegato, postea incurrentes, non obstante difficultate, aut itineris longitudine, absolutionem, & dispensationem a Papa petere tenentur, nec ab Episcopis absolui possunt; quamuis ob impedimentum veniendi ad Urbem ab excommunicatione aliquando absolui queant, ex Nau. in Manua. c. 27. nu. 46.

DECISIO XIX. Dub. 15.

19 **C**um residentia in beneficio curato de iure diuino sit, nemo nisi iusta de causa, & modo a Concilio Tridentino sess. 6. c. 1. de reform. & sess. 23. c. 1. de reform. præscri-

pto a residentia excusari potest, ita, vt nec in locis ubi præfatum Concilium nondum est receptum, nec aliqua consuetudine, induci poterit, vt quis in beneficio curato non resideat, nisi iusta causa ad sit; iustam autem causam non resideandi perperis circumstantijs personæ loci, temporis, & alijs, iudex arbitratu potest; c. de causis de offic. deleg. nec opus est scripta licentia in eis regnis, in quibus Concilium Tridentinum nondum receptum est, quia nec iure diuino, nec aliquo humano anteriori ea requiritur.

DECISIO XX. Dub. 16.

20 **O**rdinatus ordine sacro absoluit, id est, sine titulo beneficii, vel patrimonij, non solum secundum Canones antiquos, cap. Neminem, & ca. sanctorum, dist. 70. sed etiam secundum Concil. Tri. sess. 21. c. 2. de reform. renouans illos Canones ipso iure suspensus est, donec cum eo dispenseretur. Per ius. 3. de simonia. Et Episcopus sciens vel scire debens, talem ordinans ordinatum alere tenetur, cum secundum de presb. sequi tamē si per mendacia, & fraudem ordinandus fingendo titulum decepit Episcopus; tunc enim ordinatus est suspensus, sed ordinans eum alere non tenetur; cum scias, & dolus nemini patrocinari debeant. cap. Sedes Apostolica, de rescrip.

Quicquid sit de veritate rei, an scilicet, Concilium Tridentinum sess. 21. de reform. cap. 2. per illa verba, *Antiquorum Canonum penam inuouendo*, renouauerit solum caput *Neminem*, & cap. *Sanctorum*, dist. 70. ita vt ordinatus sine titulo beneficii, aut patrimonij, si secularis sit, suspensionem incurrat, vel solum inuouauerit cap. *Cum secundum de prebend.* ita vt episcopus talem ordinans, ordinatum alere teneatur, & aliqui referunt Sacram Congregationem censere inuouatam tantum penam cap. *cum secundum* alij vero dicunt, eandem Congregationem censere inuouatam solum penam cap. *Neminem*, & cap. *Sanctorum*. Hoc vnum modo certū est post Bullam Sixti V. que incipit, *Sanctum*, & *salutare*, edita anno 1588. Episcopi sic male promouentem aliquem secularium ad sacros ordines sine titulo sufficientis beneficii, vel patrimonij, siue id scierit, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus et rores, & probabilis facti ignorantia eum excuset, a collatione primæ tonsuræ ac omnium ordinum, & ab executione omnium munerum Pöficialium, eo ipso suspensus est, & ab ingressu ecclesie in terditum sit, vero ordinatus ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & obtentis beneficijs quibuscumque ipso facto priuatur, & ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda, in perpetuum inhabilis efficitur.

DECISIO XXI. Dub. 17.

21 **F**ilius illegitimus in ecclesia, in qua pater eius beneficiū aliquod habuerit, vel habet, non solum sacrum solemniter facere, aut Euangelium, vel Epistolam solemniter cantare prohibetur, sed neque Missam tanquam externam, & peregrinum priuatim celebrare, nec Sacris, vel Cantorem in eadem ecclesia agere potest; cum negari non possit, cum aliqua illorum faciendo, ministrare aliquo modo in illa ecclesia; Arg. rubri, de cleri. non ordin. minist. & Clem. 1. de reg. & ca. perleſtis, dist. 25. Quod tamen omnino prohibitum est ratione fugandi memoria incontinentiæ paternæ.

DECISIO XXII. Dub. 18.

22 **F**ilius presbiteri in eadem ecclesia, in qua pater, beneficium habere non potest, quod si de facto habuit ante Tridentinum, non vacauit ipso iure, donec laberetur timestre, datum ad permittendum pro altero alterius ecclesie vt patet sess. 25. cap. 15. de reform. sin vero illum post Concilium quæsiuit, nihil in illo consecutus fuit, cum factus sit inhabilis ad illud; & collatio inhabili facta non valeat. c. cum in cunctis, §. fin. de elec. & c. inter ceteras, de rescrip.